

Desrousseaux, Louis-Auguste-Joseph
- candidat / Bottman, Antoine -
président. - An ideo arthritidi, calculo
vesicae, nephragiae arenosae aliisque
id genus morbis potissimùm obnoxii
senes, quod hac aetate potissimùm
ossea compages deteratur.

1790.

***Paris : Typis Quillau,
Saluberrimae Facultatis
Medicinae Typographi
Cote : ms 2337a n°183***



DEO OPTIMO MAX.

UNI ET TRINO,

VIRGINI DEI-PARÆ, ET S. LUCÆ,

Orthodoxorum Medicorum Patrono.

BIU Santé
Médecine
Paris

QUÆSTIO MEDICA,

QUOD LIBETARIIS DISPUTATIONIBUS

manè discutienda in Scholis Medicorum, die Martis nono mensis

Februarii, anno Domini M. DCC. LXXX.

M^o. ANTONIO BOTTMAN, Doctore Medico, Præfide.

An ideo arthritidi, calculo vesicæ, nephralgiæ arenosæ, aliisque id genus morbis potissimum obnoxii senes, quod hac ætate potissimum ossa compages deteratur.

I.

QUAMVIS utriusque sexûs infantes, pueros, adolescentes, senesque (a) morbi ferè omnes promiscuè afficiant, omnimodo genere dolorum crucient,

(a) Hic, more veterum, infantia, pueritia, adolescentia, senectutisque nominibus

A

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

ne vel in uteri latebris incluso fetui parcant, nihilominus quædam ægrotationum genera cuilibet, tum ætati, tum sexui, non sine tacito variæ temperiei structuræque dissimilis respectu, natura affectavit. Sic, in infantibus & pueris, colicas pariunt acida fermenta, stomachum & intestina divellunt vermes, humores inficiunt scrophulæ, cutem deturpant lactumina, convulsivos motus, anorexiam, picam, vomitum, bradypepsiam, diarrhœas, &c. ciet laboriosa dentium eruptio, nutritionis vias intercipiunt mesentericarum glandularum obstructions, rupturas promovet, hæmorrhagias exitiales vocat, fragile corpus immisericorditer quatit tussis ferox, imminet variolæ, morbilli, victimas innumerabiles præmaturæ morti devovendo. Sic in adolescentes debacchantur angina, pleuritides, peripneumoniæ, phrenitides, aurigo, dysenteria, hæmorrhoides, sanguinei screatus, cephalalgia, mania, hypochondriasis, febres permultæ, phthisium pulmonalium insultus. Sic, ratione sexuum, mares parorchidium, phimosis, priapi mus, satyriasis, hydrocele, testiculorum vitia, dyspermatismus; feminas autem hysteria, nymphomania, leucorrhæa, abortus, menorrhagiæ immodicæ, mensium anomalia, hysteroptoses obsident. Sic infantia, pueritia, adolescentiæque periculis liberatos excipiunt senectutis incommoda, herpes, varices, catarrhus, asthma, catatactæ, hemiplegia, apoplexia, rheumatismi, arthritides, nephralgiæ, calculi, ischias, lumbago, amentia senilis, atrophia, gangræna, sphacelus, scorbutus, hydropes. Quorum omnium morborum indolem si symptomatum animadversione scrutaveris, quiddam semper acutum violentumque deprehendes in infantibus pueris, & adolescentibus, dum in senibus assultus lenti, dolores toleratu faciliores, chronici affectus, ut tunc temporis opus ipsa suum eadem, quæ coagmentavit, natura dissolvere videatur. Unde recte aiebat Cicero: *adolescentes mori sic mihi videntur ut cum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: senes autem sicut suâ sponte, nullâ adhibitâ vi consumptus ignis exstinguitur: & quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avellantur: si matura & cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas* (b). Quare etiam inferius addit: *omnis conglutinatio recens ægre: inveterata, facile divellitur* (c).

omnes vitæ humanæ periodos, brevitatis causâ, complector. Nemo autem nescit adolescentiæ vocabulo significari inientem adolescentiam, mediam ætatem, ætatemque constantem seu virilem, senectutem verò in binas scindi partes scilicet *crudam senectutem*, propriè dictam *senectutem*, *senectutemque decrepitam*, *senium* nuncupatam.

(b) Cicero, *de senectute*. n. 71.

(c) Ibid. n. 72.

Infantilem puerilemque mechanismum peculiaribus, quales enumeravimus, morbis obijciunt alimentorum genus viscidum, infarciens, acori proximum, irritabilitas summa, eximia sensibilitas, vasorum debilitas, fibræ laxitas, meabilia absorbentia cutis spiracula.

Juvenilem œconomiam periculis ambiunt simularium dissimulariumque partium robur, motuum violentia, vires digestivæ validiores, animi pathemata vehementiora.

Senilibus annis insidias parant crudeles universalis imbecillitas, mentis ægritudines, liquorum acrimonia, sed præsertim ex ossium ruinâ initio clanculum gliscente profectæ, postremòque humorum massam nocivo lentore inficientis, materiei cretaceæ redundantia: adeò ut nedum, cum plerisque physiologis, indefinitam, ætate exactâ, ossibus duritatem velim adscribere, è contrâ eadem tunc pluribus majoribusque pertundi poris persuasum habeam, proindèque plurimorum senilium morborum causas generales è novo fonte eruere cogar. Itaque non vanam impendisse operam arbitror si probavero ideò arthritidi, calculo vesicæ, nephralgiæ arenosæ, aliisque idgenus morbis potissimum obnoxios esse senes quod hac ætate potissimum ossia compages deteratur.

I I.

PRIUSQUAM ad specialia positæ thesæos argumenta deveniamus, tantisper in miram quam præ se ferunt causæ evidentiores morborum, passim sub occasum vitæ vigentium, similitudinem immoremur. In eo enim consentiunt humorum visciditas, tardior sanguinis circulatio, respiratio minùs cita, vasorum rigiditas, spirituum animalium remissior circuitus, cutis impermeabilitas, hebetior sensuum internorum acies, generationis organorum semine torpido & effeto quies, gastrici succi enervatio, nutritio difficilis, excretorum amissa pristina fluiditas, opacata lens crystallina, aurium gravitates, linguæ papillæ obtusiores, membrana Schneideri crassior, tactûs organa stupore insuperabili semisopita, in eo, inquam, hæ omnes consentiunt causæ quod ad eandem communemque originem, scilicet ad molecularum terrearum, in torrente circulationis undequaque pervagantium, exuberantiam, commodè referri possint.

Re quidem verà à redundante permixtâ cum reliquis humoribus terreni elementi copiâ supra dictas manare causas deprehendemus, earum si cum suis effectibus concatenationem accuratè perpenderit, & insuper attenderit liquorum arcescendæ densitati magnoperè inservire debere præsentem simul,

A ij

nunc acidam , nunc alkalescentem , nunc muriaticam , pruritu , erythemate , psydraçis , destillationibus , efflorescentiis , insomnio , cachecticis impetiginibus , egestionum fetore , vitiliginibus , papulis , guttâ roseâ , serpiginiibus , &c. indicatam , tantamque in senibus acrimoniam . Liquores infantum blandi , albuminis similes , salium expertes , inodori : suavissimam animam spirat innocens pectus ; nil ingratum in sudore , in salivâ , in insensibili perspirationis effluvio ; urina dulcis ; bilis ipsa mitior ; fæces alvinæ vix fetent . Quantum aliter de senibus agitur ! Quantum ab illâ benignâ humorum indole distant ! Jam , ad intrâcoercitis quas antea trans mittebat particulis acribus , nil exhalat cutis exsicca præter solius aquæ paucillûm (d) ; crassorum conspicuorumque excrementorum moles vicissim crevit . Alvum sicciorem fecit imminuta intestinorum irritabilitas : inde perditâ retinentur fæces , & suum fetidissimum nidorem ad sanguinem uberius mittunt . Fluida omnia labe impurâ adulterantur . Funestam autem illam metamorphosin per longam seriem annorum paravere indestructibilis salis marini spicula , alkalini carniû ingestarum vapores , spirituosus vinorum fervor , aromata , seminum calefacientium usus imtemperantior . Hinc anima gravis ; hinc sanguis falsus , & urina & sudor ; hinc , nulliûs vehiculî delinientis interventu contemperate , particule acres glutinosa ossæ coagmentationis perfringunt repagula , terrestresque moleculas rodendo , abstrahendo , dissolvendo , cæteras corporis partes pernicioso lentore seriûs oculis infestant .

Notarum herclè harumce ambarum , lentoris nempè & acritatis , manifesta indicia exhibent corporeæ pleræque calamitates quibus scaturiunt ætate provectâ mortales : imprimisque arthritidis (e) , calculus vesicæ , nephralgia arenosa , & ejusdem farinæ alia mala ferè nunquam talium causarum communione vacant .

Ut ut hæc sint , ad rem revertor : neque enim postea fusiûs enucleanda necessum anticipare . Fecerim satis si , quàm potero dilucidius , hinc ostendero arthritidem , calculum vesicæ , nephritidem arenosam , &c. magnam partem pendere à materie cretaceâ terræ ossium consimili , indeque monstrauero præsertim in senibus destrui solidas ossium partes . Ex utriûsque propositi præviâ demonstratione conclusionem feliciter & ex animi sententiâ confido successuram .

I I I.

P R I M U M , quod aliud seminum spontanei , vagi , periodicique articulo-
rum doloris , quem arthritidis nomine medici intelligunt , quàm mera terrei

(d) Dodart. apud Duhamel , *anciens Mémoires* . p. 126. *Hist. Acad. Reg. Societ.* p. 381. Ibid. ann. 1707. p. 134. de Gorter. *Perspir.* p. 300.

(e) Boerhaav. aphorism. 1263. Sydenh. tract. depodagrâ. p. 559. Coste , *traité de la goutte* p. 27. 33. Liger , *traité de la goutte* . p. 63.

elementi coerceri impatientis, & effugium quomodocunque quæritantis nimietas? Quid aliud sonat genuina paroxysmorum discussio? Irruptionem prænunciant (*f*) famis languor, digestio operosa, morositas, linguæ fordes, ructus nidorosi, alvus adstricta, flatus, borborygmi, spontaneæ lassitudines, somnolentia, lotium paucum, coloratus, aliqualis rigor internus juxta vespem, motus febriles; invasionem comitantur (*g*) urinæ copiosæ, tenues, decolores, arida cutis, molesta tendinum contentio, violenta ligamentorum quasi dilaceratio, dolores noctu exacerbandi, gradatim intensiores facti, in lacertosis, sanguineis, melancholicisve atroces, in imbecillis, pituitosis debiliores; intervallo brevi sequuntur (*h*), nunc tumor oedematosus, mollis, nunc inflammatio phlegmonodes febricitatione stipata, donec, si medicinâ efficaci oppugnata fuerint symptomata, opportunoque emollientium (*i*), eccoproticorum (*k*), enematum, phlebotomiæ (*l*), hirudinum (*m*), balneorum, moderati exercitii (*n*), frictionum (*o*), articulationis (*p*), sudoriferorum (*q*), diureticorum, moxæ (*r*), cucurbitularum (*s*), causticorum, vesicantium (*t*), diætæ (*u*), cæterorumque a therapeu-

(*f*) Boerhaav. *Aphorism.* 1257. Helmontius, in capitulo *volupe viventium morbus*. p. 315. n. 18. Sydenham, *Tractat. de Podagrâ*. p. 546. La Coste, *Traité Pratique sur la Goutte*. p. 58 &c. Cælius Aurelianus, *Morbor. Chronicor. Lib. V. Cap. 2.* p. 558.

(*g*) Sydenham, *Tractat. de Podagrâ*. p. 546, 547, 553, 554. Van Swieten, *comm. in Boerhaav. Aphor. T. IV.* p. 314. Lucianus, *T. iij.* p. 645 & seq.

(*h*) Sydenh. p. 548. Van Swiet. *Comm. in Boerh. Aph.* p. 314. Cælius Aurelianus, *Morbor. Chronic. L. V. Cap. II.* pag. 559.

(*i*) Sydenh. p. 601. Boerhaav. *Aphor.* 1278.

(*k*) Hoffmannus, *Med. rat. & system. T. IV. Part. II. Sect. II. Cap. ij.* p. 529.

(*l*) Sydenh. p. 560. Ægineta, *Lib. iij. Cap. 78.* p. 57. Versa. Galenus, *de curandi ratione per venæ Sect. Cap. 7.* Charter, *T. X.* p. 436. Van der heiden, *Discours & Avis, &c.* p. 72. 83.

(*m*) Sauvages, *nosol. meth. T. ij.* p. 21. Suadente Pringle.

(*n*) Celsus, *Lib. I. Cap. IX.* p. 39. Sydenh. *de Podagrâ.* p. 590. 591. 596. 597. Lucian. *T. iij.* p. 652. Van Swiet. *Com. in Boer. Aph. T. IV.* p. 323. Aurelianus, *Lib. V. Cap. II.* p. 561. Ægineta, *Lib. III, Cap. 78.* p. 58.

(*o*) Ætius, *Sermon. XII. Cap. XXI.* p. 314. Van Swiet. *com. in Boer. aph. T. IV.* p. 374.

(*p*) Boerhaav. *Aphorism.* 1278.

(*q*) Sydenh. p. 564. 585. Coste. p. 66. 67. 68.

(*r*) *Miscellanea curiosa. Decur. j. ar. 6 & 7.* p. 319.

(*s*) Hoffmannus, *Med. rat. & Syst. T. IV. Part. II. Sect. II. Cap. XI.* p. 525.

(*t*) Trallianus, *Lib. XI. Cap. I.* p. 623.

(*u*) Lobb. *de Calculo & Podag. &c. Cap. XX,* p. 215, &c. Ramazzin. *Oper.* p. 475. Sydenh. p. 573 & seq. Coste. p. 86 & seq. Mead, *Monit. & Præcept. Med.* p. 201.

A iiij

tice mutuatorum auxiliorum usu fuerint debellata ac difflata, morbus tandem nisu saluari solvitur. Tum ampla diaphoresis (v); fudor multus, arenosus (x), fetidus, viscosus, puri argenti nitorem obfuscan, & partialis, & generalis, oritur (y); tum urinae acres, sedimento albido, lutulento, glareoso referuntur (z); tum articularum cavitates, loca tendinibus ligamentisque vicina aggere gypseo cumulantur (a); identidem topi cutem rumpunt, forasque prodeunt (b); saepe distorsiones stupendas, miras deformitates ossa patiuntur (c), ancylosibusque vix medicabilibus juncturae conferruminantur; lapides calcarei in hepate, pulmonibus, palpebris & caeteris organis inventi (d); frequentissime videre est furfuraceam partis affectae desquamationem (e); legimus quosdam paroxismo liberatos per largam expuitionem pulveris arenulosi, duri, sub digitis crepitantis, qui etiam e naribus plurimus emungebatur (f). Uno verbo ferè semper, elapsis aliquot diebus, raro duobus aut tribus mensibus (g), solitam, prophylaxique ritè institutâ quantum fieri poterit servandam, aëgris reddit alacritatem, crisis specie promota, materiei spissae terrenaeque faece turgidae uberrima evacuatio.

Similiter non poterimus quin causis procatharticis calculi vesicae renisque proripantis, vel ureteribus impacti, indeque natorum ulcerum, dysuriarum, ischuriarum, nephritidum, tenesmorum, haematuriarum, annumeremus humoris lapidescere perniciosi ad urinaria cola defluxum per arterias emulgentes. Ibi morâ, quiete, feri tenuioris avolatione, diuturniore in lecto decubitu (h), basis hete-

(v) Syd. de Podag. p. 559.

(x) Thom. Barthol. Histor. Anatom. Rar. Centur. I. Obs. XXX. p. 54.

(y) Coste, Traité Pratique sur la Goutte. p. 23. 60. Sydenh. p. 659.

(z) Acad. des Sciences. L'an 1747. Hist. p. 56. in-4°. Baglivi. opera omnia prax. Med. Lib. I. p. 117.

(a) Pechlinus, Observat. Physico-Medicar. Lib. II. Observat. 25. p. 272. Sydenham, p. 550.

(b) Sydenh. p. 550. 551. Van Swiet. com. in Boer. Ap. T. IV. p. 324. Mead, Monit. & Præcept. Medic. p. 198. 199. Coste, Traité Prat. sur la Gout. p. 23. Hoffmannus, Medic. Rat. & Syst. T. IV. Part. II. Sect. II. Cap. II. p. 506 & sequent. Medic. Obs. And Inquiries. p. 47 & seq.

(c) Sueton. Lib. VII. p. 584. Sydenh. p. 550.

(d) Platerus, Prax. Med. T. II. p. 598. Liger, Traité de la Goutte. p. 344. Pechlinus, Observat. Physico-Medic. Lib. II. Observ. 25. p. 272.

(e) Medic. Essays. T. II. p. 42. 43.

(f) Sauvages, Nosolog. Method. T. II. p. 19.

(g) Sydenham, p. 549. 551. Lucian. T. III. p. 648. Hippocr. Aphor. 49. Sect. VI. Sauvages, Nosol. Met. T. II. p. 20.

(h) Hales, haemastatics on the animal calculus. Experim. IX. p. 228.

rogeneræ insolubilis occurfu (i), aliquâve fermentatione (k), attractione, aut principiorum conflictu concrefcit hic humor, grumosque producit quotidie novam soliditatem acquifituros, incruftationes varias (l), grana fabulofa, lapillos, lentis, pifi, ciceris magnitudine, corpora demùm nucis, ovi, quinimò majus adhuc volumen nonnunquàm adæquantia (m), fucceffivis & concentricis appofitionibus coagmentata.

Calculi levore, asperitatibus, colore, figurâ, fitu, pondere, auctûs celeritate (n) admodùm diffimiles: cruciatibus diris ægros miferimè torquent, potentioribus lithontripticis ægrè diffolvuntur, dolorificâ mictione interdùm egeruuntur (o), fed fæpius eheu! folertem lithotomi induftriam requirunt.

Aliquantulùm intimam diverforum calculorum effentiam difcrepaffe exiftunt exempla: generatim tamen à calce podagricâ, faltèm quoad præcipuas basis terreæ qualitates, nequaquàm difpar (p), fi fides testimonio fenfuum & accuratis, quæ toties inftituerunt chemici peritiores, experimentis.

Calculi humani gravitatem offeam vix unquàm fuperant, quâcum eofdem creberrimè congruere evicerunt *Boylei* encheirefes (q).

Celeberrimus *Hales* tophos arthriticos calculofæ congeriei perfectè fimiles aferebat (r).

Terra quidem arthritica, terra calculofa, terra ipfamet offea in acidis folvuntur (s), nativæque finceritati reftitutæ, idest, à fubftantiâ fimul arcto nexu conjunctâ, quam acido faccharino analogam illuftriffimus *Shleele* in-

(i) Nuckius, *Adenograph. Curios.* p. 78 & feq. *Acta Eruditorum.* ann. 1700. p. 231. Thom. Barthol. *Epistol. Medicin.* Centur. II. *Epist.* 37. p. 688. Centur. III. *Epist.* 35. p. 128. *Difsertaz. ed. offervaz. Anton. Benevoli. observ.* XXII. p. 205. *Acad. des Scienc. an. 1750. in-4°.* hift. p. 5. ann. 1753. p. 128. *Medic. Effays and Observat. Vol. IV. N. XVI.* p. 297. *Acad. Royal. de Chirurg. T. III.* p. 605 & fuiv.

(k) Notavit *Hales* plus calculofæ materiæ fecedere ab urinâ, dum in putredinem tendit. *Hæmæftaticks. On The Animal Calculus. Experim.* VIII. p. 218.

(l) Drelincurtius, *Opuscul. Medic.* p. 160.

(m) Ruifch, *Observat. Anat. Chirurg.* Centur. *Observat.* 89. p. 82. Van Swieten, comm. in Boerhaav. *Aphor. T. V.* p. 211. 239. Giov. Targion. *Tozzetti Observaz. Medic.* p. 121. 122. *Hellmontius, de Lithiafi. Cap. III.* p. 676. § XL.

(n) Denys. *Aanmerkingen over den Steen, &c. Cap. VI.* p. 93. 94.

(o) Van Swiet. comm. in Boerh. *Aphor. T. V.* p. 212. 247. Tulp. *Observat. Medic.* Lib. II. *Cap. 47.* p. 171. Lib. III. *Cap. 7.* p. 191.

(p) Van Swieten, comm. in Boerhaav. *Aph. T. V.* p. 232.

(q) Boyleus, *Medicin. Hydrostatica.* p. 9. 66.

(r) *Vegetabl. Staticks.* p. 192.

(s) Van Swiet. comm. in Boerh. *Aph. T. IV.* p. 326. 329. *Philosoph. Tranfact. N°.* 403.

venit (t), repurgatæ, ferrique, aeris, olei, salium consortio expeditæ, a calce puriori nullo artificio distinguuntur.

Jam verò terreas offeæ machinæ moleculas in senibus, plus quàm in alio vitæ stadio, à suâ sede dimoveri, humoribusque circulum obeuntibus denuò tradi, instat recordemur. Ut liquores senum viscosi! ut sanguis, lymphæ, mucus narium, ut excreatus glutinosi! ut sordibus squamosis terrestribusque perpetuò obducitur cutis! cujus incommodi propriâ experienciâ edoctus, tum senior, rem sic lepidè Horatius interpretabatur.

*Non ego pauperum
Sanguis parentum, non ego quem vocas,
Dilecte, Mæcenæ, obibo;
Nec stygiâ cohibebor undâ.
Jamjam residunt cruribus asperæ
Pelles & album mutor in alitem
Superna, nascunturque leves
Per digitos humerosque plumæ (u).*

Per longam seriem annorum augentur ossa: circà vigesimum ampliari desinunt, sed, & robore, & soliditate, crescunt usque ad senectutis initia. Vix aliquandiu consistunt, brevique decremento ineluctabili in pejus ruere incipiunt. Tunc justam tenacitatem, cujus ope secum invicem terrea stamina ligabantur, in dies amittit lymphæ, durioresque ossium particulae, è suâ sede dimotæ, paulatimque decarceratæ, in torrente circulationis divagantur, è corpore, si effugium nanciscantur, egressuræ: sin minus, morbos varios, quales arthritidem, calculum vesicæ, nephralgiam arenosam, indefinitamque malorum turbam producturæ. Tunc adamantina dentium fabrica frustillatim propter vetustatem dilabitur. Tunc, vinculorum conglutinantium defectu, summopere difficilis ossium fractorum coalitio (v), apud infantes tam prompta (x).

Quos non movebunt talia momenta, velim sedulâ sæpiusque iteratâ sectione

p. 491. Abridg. T. VII. p. 634. Fougereux, Mémoire sur les Os. p. 5. 22. Hales, veget. Statick. Cap. VI. Experim. 73. p. 178. 189 & seq. Hæmæstaticks. p. 194. 223.

(t) Masquer, Dictionn. de Chymie. T. II. p. 445. 446. Sheele, Mém. de l'Acad. Royal. des Scienc. de Stockholm, ann. 1776. Bergman, *ibid.* Addition au Mémoire de Sheele sur la Pierre de la Vessie.

(u) Q. Horatii Carminum. Lib. II. Carm. XX

(v) Van Swiet. Com. in Boerhaav. Aph. T. I. p. 592. P. Ammon *Parænes.* p. 354. Os vetuli animalis vix quidquam ad calli formationem conferre. Fougereux, p. 123. Etiam lignorum fibras, quando induratæ sunt, nunquam consolidescere. Duhamel, Mém. de l'Acad. ann. 1746. p. 321.

(x) Smellie, Cases. T. III. p. 506. 507.

cadavera senilia ipsimet interrogent, penitiores ossium mæandros explorent, milleque modis severam investigationem tentent. Certè quidem, in homine maturo, ossium structura firmior, textus compactior, substantia ponderosior, dùm, in ætate decrepitâ, eorundem fragilitas summâ, levitas ingens, porositas longè major. Id ego sexcentiès expertus sum, cum anatomicis incisionibus in nosocomiis totus indulgerem.

I V.

QUÆ cum ita sint, verisimillimum est particulas terrestres ex ossibus abrasas, corporique alendo dudùm ineptas, exitum quærere per varia excretoria organa: quem si frustra sollicitaverint, ad articulos membrorum, ad renes, ad vesicam deferuntur, ibi coacervantur, membranasque volumine, gravitate, asperitatibus, distendendo, fatigando, irritando, ægrum acerbè cruciant, usque dùm natura, artis amicæ ministerio juvata, hostem ad extrâ propulerit.

At plerumque altiori radice pollet mali fomes quàm ut penitus eruatur. De arthritide cogimur fateri cum *Ovidio*:

Tollere nodosam nescit Medicina podagram (y).

Procellarum incrementa moderatur hygieines, feros impetus refrænat therapæia, hydram verò semel adultam suffocare impotens est omnis medicinæ vis ac virtus. Ossa siquidem novis paroxysmis novum alimentum indefinenter suppeditant, eoque abundantius quò fuerit decrepitior senis ætas. Hinc adeò vicinæ fiunt nephralgicarum podagricarumque periodorum reversiones, ut nullo fermè intervallo discriminentur. Calculi pariter id ætatis citissimè renascuntur, augentur in immensum, miseramque vitam oppetitâ morte finiunt.

Calculosorum duræ sortis valdè misereor. Sed Arthriticorum conditio non æquè lugenda: nam podagra *vitalitatis longioris potiùs præsagium est quàm mortis principium (z)*. In podagricis corpus ab importuno terræ superpondio, quod senes plerosque antè diem necat, periodicè exoneratur, & ad Nestoreos annos adipiscendos ob id habilius herclè evadit. Spem blandam, quam ratio fovet, quam firmat euentus! adde quod periodicè juvenile propemodùm recuperent robur, jucundæque suarum functionum integritati restituantur. Insultuum præterea, & numerum, & rabiem, haud modicè minuit appositum vivendi genus. Absit tamen podagricorum infortunia ludibrio habeam, *Luciani* more humanitatem omnem exutus, debitæque afflictis reverentiæ immemot. Suâ culpâ dolentes resipiscant tantummodò liceat obsecrare, mulierum illecebris vitent lenocinari, vigiles agere noctes definant, vini generosi nectare ingurgitari ut, & lautarum epularum de-

(y) Ovid. Naf. Lib. I. Eleg. IV.

(z) Sauvages, Nosolog. Method. T. II. p. 20.

licius luxuriare dediscant, otium pejus angue fugiant; aureamque sobrietatem amplexari, melioris fortunæ gratiâ, festinent. *Id enim negotii sibi dari*, ait Sydenhamus (*), *debent credere* (qui podagræ iram mitigare exoptant), *ut totius corporis habitum immutent, atque illud ad pristinam constitutionem resingant, quantum per ætatem, & reliquas circumstantias, fieri possit.*

Reliqui senes, tempestivâ gypsei excrementi detractiōe vacui, diversa fortuntur fata, & in universum multò præcocius, si cūm podagricis conferas, ad orcum præcipitantur. Scilicet, in aliis, ab ossibus eliminatæ particulæ terrestres viscerum, carniū, vasorum areolas sensim obturant, damnosamque rigiditatem vocant contractilibus muscularium elasticarumque fibrarum viribus futuram aliquandò insuperabilem. In aliis, non ita æquabilis succorum terreorum distributio, organaque nonnulla præ cæteris indurescunt (a), aut concrementis proteiformibus depravantur, qualia obtulere plus minus exitiosa lien (b), hep̄ar (c), pulmo (d), mesenterium (e), tunicæ villosa & nervea intestinorum (f), pleura (g), omentum (h), testes (i), glandula thyreoidea (k), cerebrum (l), cerebri falx (m), dura meninx ejusque sinus (n), sclerotica oculi membrana (o), pericardium (p), cor ipsum (q), ligamenta (r), muscoli (s), tendines (t), ar-

(*) Sydenh. Tract. de Podagrâ. p. 522.

(a) Villosa ventriculi tunica in deposito senio indurata fuit. Phil. Transf. N°. 306. Vasa duriora inventa suat. Ibid. In magno senio cerebrum durius. Ibid. Wepfer, Cient. Aquat. p. 88. Fischer, de senio. p. 81. Baglivi. fib. motr. p. 15. Mesentericæ glandulæ in senio indurantur. Fischer, de senio. p. 44. Uterus Cartilagineus in annosâ feminâ. Eph. Nat. Cur. Vol. X. Obs. 36. Ovaria indurata. Roederer, Progr. ann. 1758. p. 2. Cor durum, vix Scissile. Baglivius, Natur. Fibr. p. 414. Cor tendineum. Oss. Coalit. p. 5. 6. Dura membrana cerebri crassior. Scheuchzer.

(b) Van Swiet. comm. in Boerh. Aph. T. I. p. 267. Ruisch, Centur. Obs. 4. Tiling. Anat. Lien. p. 214. Pechlin. L. II. Obs. 40. Hist. de l'Acad. ann. 1706. p. 26.

(c) Deidier, Conf. L. III. p. 105.

(d) Blas. Miscell. p. 305.

(e) Aët. Mar. Balth. ann. 1699. p. 236.

(f) Nov. Eph. Nat. Cur. Vol. I. Obs. 61.

(g) Cernet, Fibr. senil. N°. 12. Os pleuræ tectum in diaphragmate. Hoernegke, de indurat.

(h) Rong. Patol. Hist. Med. p. 184.

(i) Henkel, Sum. L. VIII. p. 58. Haen, Ros. Med.

(k) Barthol. Hist. 64. Centur. VI. Opuscul. Patholog. VI.

(l) Haller, Physiolog. L. X. p. 25.

(m) Nov. Comm. Acad. Petr. IV. p. 367.

(n) Phil. Transf. N°. 306. Gernet, Fibr. Senil. N°. 11. Hebenstreit, de Ossium Incrementis. Comm. Lit. 1744. Hebd. III. Lieutaud, Précis. p. 427. Inter duram membranam & fossam mediam cranii effusa materies gypsea. Journ. de Médéc. 1764. Aou. B. Genga. p. 155.

(o) Blas. Observat. VIII. Lib. VI.

(p) Duverney, II. p. 2.

(q) Columbus. p. 265. Boerhaav. Prælect. Acad. T. III. p. 725. La Mettrie, in Comm. III. p. 208. Opuscul. Pathol. 52.

(r) Heuserman. T. III. p. 162. Cheselden. Osteogr.

(s) Phil. Transf. Vol. LI. P. I. Vol. LII. p. 144. Opusc. Pathol. Obs. 45.

(t) Trew, Chylos. fet. p. 49, &c.

teriæ (u), cæteræ denique molles corporis humani machinæ. Apud aliquos, hujusce perfunctoriæ defæcationis absentiâ, periculofora ingruunt symptomata mille morborum formas mentientia.

En ærumnarum molem immensam collo senili impendentium, & à consuetis vitæ legibus oriundarum. En, quibus ad interitum præcipites tantoperè fatigantur miseri fenes, mille mortis causas.

Durum: sed levius fit patientiâ

Quidquid corrigere est nefas (v).

Ter fortunatos quibus reducem ex ossibus cretam convenienti proportionem, aut foras per exhalantes poros amandari finit diu perflua cutis, aut clanculum vacuant alvus lubrica, liberiorave urinaria spiracula! his serò (x),

Vifendus ater flumine languido

Cocytus errans (y).

Etenim functionum stabilitas, integritas secretionum, excretionumque libertas, basi solidâ jucundum fulciunt corporis & animæ commercium.

V

OB J I C I E S infantes, pueros, adolescentes, ab arthritide, calculo, ejusdemque prosapie morbis non esse immunes, proindèque non satis firmo niti fundamento thesæos meæ columen. — Sed futilis hæc argumentandi ratio. Non enim unicas esse, quas assignavi, supra dictorum morborum causas asserui, nec similes in ætate dissimili agere posse negavi, cum probè noverim immensam causarum ad eosdem effectus producendos idonearum varietatem, neque me fugerit senectutem libidine intemperantiâque sæpe sæpius anticipari,

Meam opinionem de podagrâ præconceptam oggannies, quia nil arthritidis sonet nisi morbum merè nerveum, intermissionibus, urinarum tenuitate, flatuum præfentiâ, &c. plùs quàm satis designatum. — Meræ næniæ, istæ objectiones (dicam pace illustrissimi Baglivii Staahlianæque scholæ, quorum auctoritate fulciuntur). Non diffiteor aliquos nervorum in podagrâ influxus: at certè non præcipuas in arthriticâ passione agunt partes. Nerveos morbos sollicitat quidam spirituum animalium orgasmus, apud infantes, mulieres, juvenesque exquisitâ sensibilitate donatos familiaris, senio verò ingravescente perrarus. Idcirco infantibus, mulieribus, juvenibusque mox dictis hocce affectuum genus potissimum incumbit. Arthritis è contrâ senibus hæret mordicis, quæ sæminas puerosve,

(u) Fallop. *Part. simil. C. 7. Phil. Transf. N° 280.* Duverney, *de l'Ouie. p. 177.* Fabric. *Orig. Calc. Ren. p. 20. 21. Nov. Act. Petrop. T. IV. p. 367.* Hist. de l'Acad. 1706. Mérand, *Mem. de 1736. p. 326.*

(v) Q. Horatii Carmin. Lib. I. Carm. 25.

(x) Hoffman. *Different. vas p. 73.*

(y) Q. Horat. Carmin. Lib. II. Carm. XXIV.

etiam ex arthriticis parentibus natos, ferè nunquam, donec consenserint, adoritur. Quid si medicaminum, & arthritidi, & morbis nervis, congruentium discrepantiam aestimaveris? Quid si arthritica symptomata per nerveam sensilitatem nequeant explicari? Quas afficiunt morbi nervei partes, non inflammantur, non rubent, non tument, non calent; nulla fit materiei morbosae excretio; adfuit tantum rigor & spasmus. Podagram comitatur tumor, rubor, calor, sequitur materiei peccantis manifesta evacuatio. Ergo diversa arthritidis morborumque nerveorum essentia.

Ambagibus solers inquires laminas ossium senilium fibris compactioribus conflari, vias minui (1), coaluisse, conservare vasa, occaecari, quorum ope, quod sum commentus, fiat ossium decrementum. — Esto, fenestâ ineunte, partium fluidarum ad solidas ratio minor efficiatur, cor minus irritabile debilius pulset, vasorum elementa ad propiores contactus adducantur, plurimorum lumina obstruantur. Vitâ nihilominus ossa etiamnum frui, serosisque saltèm humoribus etiamnum irrorari abundè confirmant injectiones, autopsia, odontalgia, dolores osteocopi, diversae cariei species: proindeque liquidis acribus, terrae penûs absorptionem molientibus, viae neutiquam occluduntur.

Instabis existere ossa, è cadaveribus senum ad proveciores annos perventorum deprompta, tantâque soliditate praedita, ut eburneam duritiem superare videantur. — Quid ad rem? Absit ut miracula quandoquè perpetrari eam inficias. De communiori lege solummodò loquor. An exindè quod unus aut alter senex annum ætatis 150um aut 160um per spatium sæculi implere obtineat, an, inquam, indè concludes hanc esse vulgarem vitæ humanæ mensuram? Diversum vivendi genus, temperies, pretioso naturæ errore, solitâ robustior, aliaque talia ossium compagem poterunt identidèm, vel in fenestâ, firmare, viresque viro maturo proprias ad ultimum senium producere. Hæc autèm præter naturæ tritam agendi rationem, nec obstant quin mecum concludatur:

Ergo ideò arthritidi, calculo vesicæ, nephralgiæ arenosæ, aliisque id genus morbis potissimum obnoxii senes, quod hac ætate potissimum ossa compages deteratur.

(1) Haller. Oper. Minor. T. I. p. 88. N°. 6.

DOMINI DOCTORES DISPUTATURI.

M. Edmundus-Joachim. BOURDOIS DE LA MOTTE, Chir. Gall. id. an. 1787-88. Prof.	M. Henricus-Alexander TESSIER.	M. Franciscus THIERY DE BUSSY, Physiologia & Pathologia. an. 1771-73. Prof.
M. Christophorus-Nicolaus DE JUSSIEU.	M. Augustinus THOURET.	M. Ludovicus-Gilbertus BOISROT DE JONCHERES.
M. Joannes THAURAUX.	MARIA-Zorobabel. MUNIER.	M. Carolus SALLIN, Saluberrimæ Facultatis exdecamus, Physiologia & Pathologia. an. 1780-82. Prof. Acad. censor & Biblioth. ab an. 1786.

Proponebat Parisiis, LUDOVICUS-AUGUSTINUS-JOSEPHUS DESROUSSEAUX, Carolopolitanus, Rhemenfis, necnon saluberrimæ Facultatis Medicinæ Parisiensis Baccalaureus, Theseos auctor.

Typis QUILLAU, Saluberrimæ Facultatis Medicinæ Typographi. 1790.

